№ 1201/38

JOANNES CANTIUS
LOREK

DEI MISERATIONE ET S. SEDIS APOSTOLICAE GRATIA
EPISCOPUS ADMINISTRATOR APOSTOLICUS
SANDOMIRIENSIS

Adm. Rdo Domino Stanislao Bryński, parocho loci Gielniów Nobis in Christo dilecto-salutem in Domino,

Cum officium parochi in ecclesia paroeciali tit. S. Bartholomei Ap. in loco Wsola dioecesis Nostrae Sandomiriensis sit pro nunc vacans per translationem RR. Th. Żadęcki et dicti officii simul ac beneficii provisio per liberam collationem de iure ad Nos spectet, Te Adm. Reverendum Dominum, quem mores, doctrina prudentia caeteraeque qualitates ad curam animarum eo loco exercendam idoneum reddunt, in parochum dictae ecclesiae paroecialis tit. S. Bartholomei Ap. in loco Wsola virtute praesentium canonice nominamus et instituimus, institutumque declaramus cum omnibus facultatibus, gratiis, iuribus et privilegiis, quae de iure iuxta canones, statuta dioecesana et approbatam consuetudinem, tam in spirituulibus quam temporalibus, parochis huius loci competunt, transferentes Te ab officio parochi in Gielniów

Quapropter, tenore praesentium mandamus quatenus Adm. Rdus Dominus Franciscus Góralski Vicarius foraneus Jedlińscensis in realem dictae paroecialis ecclesiae possessionem ad normam can. 461 C. J. C. et stat. 68. I-mae Synodi Dioec. Sandomiriensis, adhibitis solemnitatibus ut de more assuetis et in appendice II memoratae Synodi Dioecesanae significatis, intra mensem a receptis praesentibus Litteris Nostris Te inducat, dimisso prius a Te eousque forsan possesso beneficio et emissis a Te solitis iuramentis atque professione fidei facta. Quodsi intra mensem in possessionem beneficii hisce Tibi collati introductus non fueris, ad mentem statutorum synodalium eodem ipso facto privaberis, sicuti et iurisdictone in paroecia in praesenti a Te possessa.

In quorum fidem etc.

Datum Sandomiriae, die 4 mensis Maii anni 1938

JOANNES LOREK EPISCOPUS ADM. AP. SANDOMIRIENSIS

+ Joannes Lorek

Cancellarius: Fr. Jas.